



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi  
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismvs  
Catholicus, summam Christianæ institutionis IIII. libris  
succinctim complectens**

**Klinge, Konrad**

**Coloniae, 1570**

**VD16 K 1309**

Vna cùm sit Ecclesia, vndè tot sectæ? tit. 13

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29452**

TITVLVS XII. 35

Ob id nihil sunt anniuersaria, fundationes Ecclesiæ, rum &c. nihil proflunt, non est ibi scriptura. At Ecclesia habet scripturam, 2. Machab. 12. quæ dicit, sancta, id est, non vana, nec peccatum, at salubris, non inanis aut frustranea est cogitatio pro defunctis exorare &c. Adducant sectæ claram scripturam, quæ prohibet suffragia nihil prodefuisse, nos hic habemus textū, quod pro sint: nam dicit princeps Machabeus, Sancta & salubris est cogitatio pro defunctis &c. Qui non credunt vitam post hanc vitam, illi non commendant multum suffragia. Nos non oramus pro simpliciter defunctis aut mortuis cadaveribus, sed quia scimus & credimus quod in Christo viuunt fideles, ideo pro illis oramus, &c.

VNA CVM SIT ECCLESIA,  
vnde tot sectæ?

TITVLVS XIII.

 Rimò, hoc certò credere oportet, inquit August. Epist. 170. q̄ est sola vna Ecclesia, i. vniuersalis & secundum totū communis super totam terram, sicut radij Solis diffusa, quā Spiritus sanctus canquā in vna mis- tiam cog. utinat in vna fide, & vniiformi participatio- ne sacramentorū. Ephes. 4. Vna fides &c. Et hæc sola est vera Ecclesia, quæ per totū orbem est extensa: sectæ verò qm̄ in angulo aut speciali prouincia regnant, non sunt Ecclesia, vt secta Arrij, Donati, &c. Nec est diuisa Ecclesia catholica, sicut sunt Ecclesia sectarū, quæ nec cum catholica, nec inter seipias concordant. Catholica aut Ecclesia, quæ est columna & basis veritatis propter Christum, vniiformiter credit articulos fidei & sacramenta, &c.

Secundò, quod sunt tot sectæ in Ecclesia, ex 1. Tim. 3.

Cc. 4. instinctu

instinctu est Sathanus, sicut dicit Paulus i. Corinth. ii. Timeo ne sicut serpens decepit Euam, &c. ob id Sathan plurimum laborat, ne iste articulus fidei, credo unam Ecclesiam &c. pensetur, sed potius contemnatur. Ideò non multum impugnat alios articulos, sed permittrit te credere, quod sit unus Deus, creator omnium, &c. Et articulos de Christo, quod conceptus & natus ex virgine, passus, resurrexit, cœlos ascendit, &c. Etiam credere, in Spiritum sanctum, carnis resurrectionem, remissionem peccatorum, & vitam æternam: Sic etiam Sacra menta accipere, cæremonias seruare, &c. hec non multum impugnat, sed huc articulum, ne eum multum cures, Creedo unicam catholicam Ecclesiam, &c. ut hic contemnatur, omnino suggerit, quod idem sit, intra & extra Ecclesiam in Christum credere &c. Ratio est, quia scit Sathan, quod illi qui non est in unitate Ecclesiae, nec articuli fidei, nec sacramenta, nec opera bona vel cæremoniæ, utilia sunt nec proderunt. Ideò cum hec omnia impedire possit per labem schismatis, ideo facit, ne quis multum curet hunc articulum, & quod non reputetur pro peccato, esse & viuere in secta & esse extra Ecclesiam. Et sic conseruat seistas. Ideò Augustin. in Epistola supra allegata: Hoc etiam scire oportet omnem Christianum, quod extra catholicam unitatem nullum sacramentum est utille, nec aliquod opus bonum meritorium, neque saluus quisquam fiet. Gal. 5. Sectæ regnum Dei non consequentur. Et i. Cor. 13. si habuero omnē fidem &c. sunt medicina sine operatione. Ideò inquit August. Epistola 165. Si tibi ipsi Angelus adstitisset & hec ipsa tibi dixisset, quæ iste mandato illius tibi se insinuare dicit: oportet te Apostolicæ sententiae memorem fieri, qui ait: Sed licet nos aut angelus de celo &c. At inquires: Nihil video deficere sectarijs, habent enim fortunam, sanitatem, tuitionem, fauorem, honorem, pro-

Ad Gene.  
rosum.  
Galat. i.

prosperitatem &cæ. rerum abundantiam plus quām  
Catholici. Respondeo: sunt duplia bona, tempora-  
lia & æterna. Temporalia sunt coram bonis & malis,  
fidelibus & infidelibus. Deus dat solem, pluuiam, fru-  
ctus terræ, scientiam, &cæ & hoc ratione creationis.  
sic oculi omnium sperant in Dominum, qui dat escā  
&cæ. At æterna bona & spiritualia, id est, quæ dantur  
propter passionem & sanguinem Christi, aut ratione  
redemptionis Christi, id est, remissio peccatorum, Spi-  
ritus sanctus, vita æterna, præmium bonorum operū,  
efficacia Sacramentorum, &c. hic non habent partē  
infideles, Turci & Gentes, & Schismatici. Igitur quo  
ad futuram vitam, propter quam etiam sumus Chri-  
stiani & fideles, non propter præsentem vitam, hæc  
omnia sunt inutilia schismaticis.

Tertio, sectæ non possunt dici, quod ipsæ sint Ec-  
clesia: Primo, quia schismaticorum sectæ non sunt v-  
niuersales per totum orbem. Secundo, nec inter se,  
aut cum Catholica Ecclesia consentiunt, & Deus nō  
est Deus dissensionis, sed pacis. 2. Cor. 13. Tertio, quia  
tales sunt infames Ecclesiæ per edictum prelatorum  
Papæ & Imperatoris, Matt. 18. quod sunt schismatici  
& inobedientes. Quartò, nec idem est, in Christum  
extra vel intra Ecclesiā credere, August. Epist. 48. Igi-  
tur fugiendi. Vide infr. tit. 32. & 208.

*UNVM CVM SIT EUANGE-  
LIUM, vnde tanta diuersitas?*

TITVLVS XIV.

**G A B** Postolus ad Eph. 4. Vnus est Dominus,  
vna fides, vnum est etiam Baptisma, v-  
num Euangelium, & verbum Dei, vna  
vocatio &c. Sed vndē est tanta diuersi-  
tas in fide, Sacrementis, prædicatione?  
inquis, Hic grauat alterum, quia non vult recipere  
verbum Dei, aut non habet verbum Dei, &c. cùm ta-  
men

C c s men